

Universitätsbibliothek Wuppertal

PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| & Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia
confecti

Plutarchus

Francoforti ad Mœnum, 1592

In Othonem ab interprete annotata

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-360)

teriores, neque pauciores mortis suæ laudatores, quam vita vituperatores reliquit. vita enim Neroni nihil præstitit, morte longe honestius obita. Milites vero Pollione præfectorum altero statim eos iurare nomen Vitellij iubente, grauitè fremuerunt, auditoque nonnullos senatorij ordinis adhuc adesse, dimissis reliquis Virginio Rufo molestiam exhibuerunt, armati ad domum eius venientes, euocantesque, vt vel imperium in ipsos susciperet, vel legatus causam eorum ageret. At Virginius imperium, quod in victores renuisset, in victos accipere, dementis esse iudicabar: periculosum vero, ad Germanos legati munere fungi, quibus vim multis in rebus fecisse videbatur. itaq; per aliud ostium nemine obseruante se subduxit. Eo cognito milites sacramento se obligari Vitellio passi sunt, & impetrata venia Cæcinæ se coniunxerunt.

IN OTHONEM AB INTERPRETE ANNOTATA.

I In Sinuessanum agrum.]

Taciti loc.
c. 116.

E Mendandus ex hoc loco est Cornelij Taciti locus, eadem de re loquentis, vbi Sueffana aque leguntur, pro Sinuessanis. Sinuessæ haud procul ostio Liris amnis, ad oram Campaniæ vrbs est, cuius aque nobilitatæ sunt. Plinius libro tertio capite quinto, & libro trigesimo primo capite secundo. Nichil de Sueffatale. Caterum ego Taciti verbis aliquoties hic sum vsus: vt ostenderem, videri mihi ista ex illo translata.

PLVTARCHI ANNIBAL,

Donato Acciaiole autore potius
quam interprete.



I primi Punici belli, quod Carthaginenses cum populo Rom. gessere, memoria reperatur, multi imperatores nobis occurrent, qui ex rebus gestis gloriam consecuti, celebrem famam suis posteris reliquerunt. Sed ex Pœnorum ducibus nemo est, quæ omnes Græci Latiniq; scriptores magis extollant, quam Hamilca-